


proportionis b ad c ad proportionem e ad f, ita producti ex g in b, detracto a ad a, ad productum est g in e, detracto d abd.

Quare erit proportio b ad c ad proportionem e ad f, velut residui b detracto quod prouenit, diuiso a per proportionem a ad proportionem residui e detracto quod prouenit diuiso d per proportionem ad ipsum d.

Propositio centesima octuagesima secunda.

Proposita differentia proportionum partium similium ad partes assumptas propositaque proportione totius ad residua eandem differentiam proportionum tutius ad reliquum residui inuenire.

Sint datae partes b c & e f, similes in comparatione ad a b & d e, & data residua a g & d h in comparatione a b & d e, similia in differentia proportionis f e




ad c l, ad proportionem c b ad b k, dico quod data est differentia proportionis a b ad g k ad proportionem d e & f h. Nam quia proportio f e ad c l, ad proportionem b e ad c k data est, & c f ad e d, vt b c ad b a, erit vt a c ad l e contineat a b ad b k, vt f e ad e l, c b ad b k, sed a b ad a d, vt d e ad d h, igitur a b ad b d, vt d e ad c h. Sunt ergo duae quantitates a b & d c, quae eandem habent compositam proportionem ad g k & k b, & h l & l e, quare per praecedentem proportionis h l ad l e, ad proportionem g k ad k b, vt h l detracto prouentu d c, diuisi per proportionem ad d e ad proportionem g k, detracto prouentu a b, diuisi per eandem proportionem ad ipsum a b. Si igitur nota est l e & h l, erit nota proportio residui h l detracto prouentu d e diuisi per proportionem, quare nota detractio g k detracto prouentu a b diuisi per eandem proportionem ad a b. Est autem a b nota, & proportio nota, & ideo prouentus, & cum sit proportio nota, erit ergo residuum notum, cui addito prouentu fit tota g k nota, quod fuit demonstrandum.

Propositio centesima octuagesima tertia.

Spatium vitae naturalis per spatium vitae fortuitum declarare.

Cum constet homines casu viuere aegrotantes primum saepe: deinde viuentes in aere malo, & ipsum intempestinis horis subeuntes tristitiis, curis, vigilia, venere, laboribus perperam se excruciantes, tum vero immodico cibo & potu, & prano, & saepius, quam oporteat, & intempestiue, & male praeparato, & vario se replentes. atque sic alij ad sexagesimum, alij ad septuagesimum, rari octuagesimo, rariores nonagesimo vel centesimo anno ita moriuntur, vt non casu, neque vi aut morbo, sed porius quasi naturali quadam morte ab-

sumpti intereant: de quibus tantum est sermo. Atque vt exemplo commodiore vtamur, capiamus annum octogesimo, qui est terminus communis vitae humanae, non solum nostra aetate, sed antiquo tempore etiam fuit, vt Dauid testatur in Psalmis, in Cantico Moysis: antea autem si quis moriatur, non naturali morte, sed vi morbi absumptus existimatur. Certum est, quod si homo recta ratione viueret, quod aliquanto diutius vitam extenderet, neque enim negare possumus, cum in magnis excessibus maximè sectionis venae & cararum, quin homo euidenter vitam breuiorem efficiat: quod ergo euidentissimum est in magnis excessibus, in paruis eandem habet vim licet occultiozem. Errorem autem in vita hunc adesse perpetuum, quisque intelligit qui nostras actiones penitare velit, cum saltem malam sequamur consuetudinem: iam ergo proponatur iuxta dicta duae lineae a b vitae naturalis exquisitae recte longior & c d vitae quam is victurus est, id est, annorum octuaginta, quam constat esse breuiorem aliquanto. Et proponatur error quadragesimae partis in ipsa vita, quamuis sit longe maior: quotusquisque enim est qui non saltem edat bibatque quadragesima parte, plusquam oporteat in comparatione ad naturam, id est, vt natura fatigatur quadragesima illa parte amplius quam debeat: idem dico de laboribus, curis, vigiliis, venere. Sed hoc non est generale: habetque multas exceptiones inuicem pugnantes, vt tandem concludam non concoqui plenè posse, & ob id impurum manere, unde citò dissoluitur, & calorem etiam naturalem extinguit: atque etiam ob id, cum quia debitos labores, & multo minus ad perfectam aetatem perferre non possunt, densari nequit & pinguescere, vt duplici causa multo celerius resoluitur, vna etiam calorem extinguat. Sit ergo a e talis pars a b,



qualis c f, c d. Cum ergo a b consumitur in octuaginta annis, semper seruat proportionem cum vita contracta, quae aequaliter absumitur; quia proportionibus illae aequales sunt in minore inuicem sicut in maiore, & inaequales seruant eandem proportionem, sumatur ergo a b annorum cclvij. mensium v. & absumatur semper quantitas aequalis octuagesima a e, & quadragesima a b & residuorum.

Prop. 1791.
Et in cor. 1.
& 2.